

Plautus, Rudens: Das Asyl am Altar

Zum Inhalt bzw. Handlungszusammenhang

Die Komödie *Rudens* ('Das Seil') des Plautus (Titus Maccius Plautus), die zwischen 210 v. Chr. und 200 v. Chr. geschrieben wurde, spielt in Kyrene (Libyen) am Strand des Mittelmeers. Das Mädchen Palaestra, das, wie die Zuschauer am Ende erfahren, eine entführte Athenerin ist, wird als Sklavin von dem Zuhälters Labrax gefangen gehalten; begleitet wird sie von ihrer Amme Ampelisca. Labrax verkauft sie dem jungen Pleusidippus, versucht aber, nachdem er das Geld erhalten hat, sie über das Meer nach Sizilien zu entführen. Da er damit den jungen Mann betrügt, lässt der Gott Acturus das Boot in einem Seesturm untergehen. Die beiden Frauen retten sich ans Land. Zu Hilfe kommt ihnen ein findiger Sklave, Trachalio, eine der typischen Figuren der plautinischen Komödie. Der hier ausgewählte Ausschnitt beginnt mit einer Klage der verzweifelten Palaestra. Trachalio empfiehlt ihr, sich auf den Altar der Göttin Venus zu retten, bei deren Tempel das Schauspiel seinen Lauf nimmt. Auch der Zuhälter hat sich an Land gerettet. Der alte Daemones, der bei dem Tempel wohnt, schaltet sich ein, um den Frauen zu ihrem Recht zu verhelfen.

Text und Erläuterungen

Palaestra: Nunc id est, cum omnium copiarum atque opum,
auxili, praesidi viduitas nos tenet. 665

nec salus nec via est, quae salutem afferat,
nec quam in partem ingredi persequamur
scimus: tanto in metu nunc sumus ambae,
tanta importunitas tantaque iniuria
facta in nos est modo hic intus ab nostro ero, 670

qui scelestus sacerdotem anum praecipes
reppulit propulit perquam indignis modis
nosque ab signo intimo vi deripuit sua.

Erläuterungen: *id est, cum*: jetzt ist es soweit – *viduitas*: die Abwesenheit, das Fehlen
ambae: beide – *erus*: der Herr – *sacerdotem anum*: die alte Priesterin (der Venus) –
praecipes: jäh, brutal – *perquam*: sehr – *ab signo intimo*: von dem Götterbild (der Venus) im Innern des Tempels

sed nunc sese ut ferunt res fortunaequae nostrae,
par moriri est. neque est melius morte in malis, 675

rebus miseris. **Trachalio:** Quid est? quae illaec oratiost?

cesso ego has consolari? heus, Palaestra, **Palaestra:** Qui vocat?

Trachalio: Ampelisca. **Ampelisca:** Obsecro, quis est, qui vocat?

Palaestra: Quis is est, qui nominat? **Trachalio:** Si respexis, scies.

Palaestra: O salutis meae spes. **Trachalio:** Tace ac bono animo es. 680

me vide. **Palaestra:** Si modo id liceat, vis ne opprimat, 680a

quae vis vim mi afferam ipsa adigit. **Trachalio:** Ah, desine, nimis inepta es.

Erläuterungen: *ut ferunt:* ut ~ da, weil, da nun einmal; *ferre* hier: sich zutragen, sich entwickeln – *par:* angemessen, passend – *cessare:* warten – *adigere:* jemanden zu etwas bringen oder zwingen. Palaestra meint, dass ihr nichts anderes als Selbstmord übrig bleibt. – *ineptus:* töricht, dumm

Palaestra: Desiste dictis nunciam miseram me consolari.

nisi quid re praesidium apparatus, Trachalio, acta haec res est.

Ampelisca: Certumst moriri quam hunc pati saevire lenonem in me.

sed muliebri animo sum tamen, miserae quom venit in mentem 685

mihi mortis, metus membra occupat. edepol diem hunc acerbum!

Trachalio: Bonum animum habete. **Palaestra:** Nam, obsecro, unde animus mi invenitur?

Erläuterungen: *apparare* ~ *parare* – *quom* ~ *cum* – *edepol:* beim Pollux

Trachalio: Ne, inquam, timete; adsidite hic in ara. **Ampelisca:** Quid istaec ara

prodesse nobis plus potest quam signum in fano hic intus

Veneris, quod amplexae modo, unde abreptae per vim miserae? 690

Trachalio: Sedete hic modo, ego hinc vos tamen tutabor. aram habete hanc

vobis pro castris, moenia hinc ego vos defensabo;

praesidio Veneris malitiae lenonis contra incedam.

adsidere: sich hinsetzen – *fanum:* der Tempel, das Heiligtum – *amplector:* umklammern
moenia: die Mauern – *defensare* ~ *defendere*
contra incedere (mit Dativ-Objekt): gegen etwas angehen – *malitia:* die Bosheit

Palaestra: Tibi auscultamus et, Venus alma, ambae te obsecramus,

aram amplexantes hanc tuam lacrumantes, genibus nixae, 695

in custodelam nos tuam ut recipias et tutere;

illos scelestos, qui tuom fecerunt fanum parvi,

fac ut ulciscare nosque ut hanc tua pace aram obsidere

patiare: elautae ambae sumus opera Neptuni noctu,

Erläuterungen: *alma*: schützend, hilfreich. Dieses Wort gehört der feierlichen Sprache des Gebets an; die Zuschauer erkennen daran, dass Palaestra nun zur Göttin Venus betet.

lacrumare: weinen. Im klassischen Latein gibt es das Wort *lacrima*: die Träne. –

genibus nixae: auf den Knien – *tuom* ~ *tuum* – *parvi facere*: geringschätzen, verachten (*parvi* ist Genitivus pretii)

ulciscare / *patiare*: *ulciscaris* / *patiaris*

– *elautae*: gewaschen

...

In den folgenden Versen spricht der alte Daemones mit dem inzwischen hinzugekommenen Zuhälter Labrax, der die beiden Frauen mit Gewalt wegführen möchte.

Daemones: Exi e fano, natum quantum est hominum sacrilegissime.

vos in aram abite sessum. sed ubi sunt? **Trachalio:** Huc respice.

Daemones: Optume, istuc volueramus. iube modo accedat prope.

tun legirupionem hic nobis cum dis facere postulas?

pugnum in os impinge. **Labrax:** Iniqua haec patior cum pretio tuo.

710

Erläuterungen: *exi*: an Labrax gerichtet – *sessum*: um euch hinzusetzen (Supinum)

legirupio: Gesetzesbruch (von *lex* und *rumpere*) – *pugnum*: die Faust

impingere: hineinstoßen. Diese Aufforderung ist an einen der Sklaven gerichtet.

...**Trachalio:** suntne illae ancillae tuae?

Labrax: Sunt. **Trachalio:** Agedum ergo, tange utramvis digitulo minimo modo.

720

Labrax: Quid si attigero? **Trachalio** Extemplo hercle ego te follem pugilatorium

faciam et pendentem incursabo pugnis, periurissime.

Labrax: Mihi non liceat meas ancillas Veneris de ara abducere?

Daemones: Non licet: est lex apud nos! ...

Erläuterungen: *utramvis*: irgendeine von beiden – *digitulus*: der kleine Finger -- *follis*

pugilatorium: der Boxsack, d.h. Übungsgerät für Faustkämpfer – *incursare*: auf etwas

einschlagen – *periurus*: meineidig